

latinos: qui fonte latiu unde aqua ad hos potus hauriat: nō habet: in publicā studioforū utilitatē ex
A pollonio Rhodio: integrā historiam in decē libros minute digestimus. A ppediculas aut nostras
nō sine uenia legēt: q nō uires: sed animū metient. Feci quod Mulus Atticus: tā generoso labori cū
me imparē cererē: laboraturis ducat: et exemplū prēbui: et aquaturis: ad fonte digitū intēdi. *Or*
phēū iam latine loquētē addidi: ut expeditionis argonauticę cognitio ueniret absolutio: quē nō *fer*
mēt imitatus ē poeta noster: sēpe tamē: nō ut uulgus semp putat: A polloniū: quod nostris i Flaccō
cōmētariis ofēditimus. Character ac stilus auctoris pressus ē: doctus: acutus: canorus: elatus impri
mis calore ac entheo furore tonās: ardēs: bellicosus. raro sedatior. Sed iam finis sit. Spero lectores
non fore Oedipodas: aut Abderitanę pectora plebis habituros. Vale.

De Auro Vellere.

Vrei uelleris gręci ac latini scriptores historiā fuisse dicunt huiusmodi. Oues scilicet in re/
gione Colchica fuisse uillosas: ex quarū lanitio pastores indigenę auro lucro locupletabā/
tur. Aliqui a cōsuetudine incolarū regionis illius manasse putant: qui demisso pelibus in
auriferos amnes: aurū conquirebāt. Alii memorant ingeniu: barbarorūq naturam per oues aurū
comis significari: quos bruto ingenio et focordi. sed fortunatos eos esse cōstat: Diogenes canis ue/
ro uocabulo: oues auro uellere dicebat. Franciscus Petrarcha diuino uir ingenio: cōmīniscitur
Maronē effinxisse sibi Phrygēm Aeneam diuinā uirum prudentia ad aurū per siluā eūtem: hoc est
scopulos et sordes humanas elucantē: ad sapientiā contendisse: quę idēdē in facris literis auri ap/
pellatione notatur. Si quis in dactylotheca lignea annulum et gemmā quęrit: nō his uulgatoribus
cōtēntus asseret Iasonē ad pellem auream cōtendentē: uirū fortē: laudatum: magnanimū: a Flacco
describi: qui omni: quod aiunt pede: ad sapientiā nititur. Si quidē auctore Venulino Satyro. Virtus
argentum est auro: uirtutibus aurum. Apocalypsoes liber mysteriorū plenus per aurum sapientiā
intelligit cū ibi Angelo Philadelphię custodi suadetur aurū emere ignitum et probatū ut locuples
fiat. Candelabra templi aurea iuuenum facies habētia: memorant. Aurea Homeri catēna uim ele/
mētorum signās nōnullis: aurea. Aurea Dianę scutica. Deus ipse de cęlo Mosen alloquens pręci/
pit deaurari sibi arcam intus et foris auro mūdissimū. Aureā fabulā accipe cum Plinio. Cęcilium
ait: auri appellatione pręstantia dicta significauit.

Ex Lucilio Torro: Procillio: et Theone Argumētū historię Argonauticę.

Yro Salmonei filia peperit ex Neptūno Neleum et Peliam: deinde nupsit Cretheo Aeoli
filio: et peperit ex ipso Aefonem: Pherētū. Amythaonem. Ex Aefone generatur Iason. Ex
Phereto Admetus. Ex Amythaone Melampus. Iason uero datus est Chironi nutriendus:
a quo didicit latricen hoc est artem medicam. Aefon pater Iasonis regnū proprio fratri Pelie reli/
quit: annuitq ut Thesalię dominaret: donec a Chirone reuerteret Iason. Cū uero Pelias Apolli/
nis oraculū accepisset: ut caueret Monopedilon hoc est unū tantū calcēū habētē: Accidit Iasonem
iam adultū uenire ad fratrē patris: regnū paternū repetiturus: dumq Anaurū uadari uellet: est hic
Thesalię fluiuis: reperit in ripa Iunonē uetulę assimilata transire timentē. Iason misericordia du/
ctus baiulans eam in ulteriorē ripam deportauit. In fluiuū Anauri trāsitu calcēū reliquit in cōcno.
Ita adit urbē monopedilos. Iasonem in sacrificio publico altero pede nudo Pelias apiciēs: oraculi
recordatus est: dumq ipsum tollere de medio cuperet: certamen egregium proposuit: in Scythiam
uidelicet iret: aureum ue illus auferret: scilicet reuersurum nunquam sperans. Quo glorię cupidus
profectus Iason uictor pręter spem reuersus est: et a Medea magicis artibus Pelia perempto: re/
gnum paternum recuperauit.

Genealogia Iasonis ex superioribus auctoris.

Thamas filius Aeoli frater Crethei ex coniuge priori Nephelē duos genuit filios: Phrixū
et Hellen. Mortua uero Nephelē: duxit alteram uxorem Ino: quę cum nouercalibus odiis
persequeret Nephelēs filios: pręcepit eius regionis fax minis femina corrumperet. Vnde
facta est ingens penuria tellure frumentaria annonā nō suppediatē: quo ut miraculo motus Atha/
mas causę necitus misit in Delphos super sterilitate consulturos. Ino uersuta mulier donis legatos
corrupt: subornauitq ut dicerent dis usum ad sterilitatē tollendā nihil esse presentium q si Hellen
et Phrixū immolare. His ergo fidē adhibens Athamas: Hellen et Phrixum aris adstituit. Quos
miserati dii eos cū auricomō arctē p aera rapuerūt: quibus Helle hęcere impotēs: in Hellepon/
tum decidit. Phrixus autem in Colchos euasit: ubi sacrificauit Arietem Ioui Phrygi. i. fugę duci.
Et hoc pacto nouerę furorem effugit. Duxit dein Chalciopen filiam: a Actę Scythiarum regis:
ex qua genuit filios quatuor Argum Cyniforum: Melana: et Phrontim.